

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LIII. De distinctione habituum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus corrumpatur, vel diminuatur per cessationem ab opere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod habitus non corrumpatur, aut diminuatur per cessationem ab opere. Habitibus n. permanentiores sunt, quae passimiles qualitates, ut ex supradictis apparet, sed passimiles qualitates non corrumpuntur, neque diminuuntur per cessationem ab actu. non enim albedo diminuitur, si nūsūm non immutet, neque calor si non calefaciat. ergo neque habitus diminuuntur, vel corrumpuntur per cessationem ab actu.

Prat. Corruptio & diminutio sunt quedam mutationes, sed nihil mutatur absque aliqua causa motuente. cum igitur cessatio ab actu non importet aliquam causam mouentem, non uidetur, quod per cessationem ab actu possit esse diminutio, vel corruptio habitus.

Prat. Habitus scientiae & uirtutis sunt in anima intellectua, quae est supra tempus: ea uero quae sunt supra tempus, non corrumpuntur, neque diminuuntur per temporis diuinitatem. ergo neque huiusmodi habitus corrumpuntur, vel diminuuntur per temporis diuinitatem, si diu aliquis absq; exercitio permaneat.

SED CONTRA est, qd* Philo. in li. de longitudine & breuitate uite dicit, q; corruptio scientia non solu-

tem. non longior est deceptio, sed etiam oblitio. & est in 8. Ethic. dici-

ge a principio, ut quod multas amicitias inappellatio dissoluit. &

cadem ratione alii habitus uirtutum per cessationem

ab actu diminuuntur, vel tolluntur.

RESPON. Dicendum, q; sicut dicitur in 8. Phys. Aliquid potest mouens dupliciter. Vno modo, p se, q; mouet secundum rationem propriæ formæ, sicut ignis calefacit. Alio modo per accidens sicut id, quod remouer prohibens, & hoc modo cessatio ab actu causat corruptionem, vel diminutionem habituum, inquit quantum. remouet actu, qui prohibebat causas corrumpentes, vel diminuentes habitum. Dictum est enim, quod habitus per se corrumpuntur, vel diminuuntur ex contrario agente. uñ quomodo habituum contraria subcrescunt per temporis tractum, quae oportet subtrahi per actu ab habitu procedentem, huiusmodi habitus diminuuntur, vel etiam tolluntur totaliter per diuinitam cessationem ab actu, ut patet etiam in scientia, & in uirtute. Manifestum est enim, quod habitus uirtutis moralis facit hominem promptum ad eligendum medium in operationibus & passionibus: cum autem aliquis non uitetur habitu uirtutis ad moderandas passiones, vel operationes proprias, necesse est quod prouenant multæ passiones, & operationes preter modum uirtutis ex inclinatione appetitus sensitivi & aliorum, que exterius mouent; unde corrumpitur uirtus, vel diminuuntur per cessationem ab actu. Similiter etiam est ex parte habituum intellectualium, secundum quos est homo promptus ad recte iudicandum de imaginatis. Cum igitur homo cessat ab usu intellectualis habitus, insurgunt imaginaciones extraneæ, & quandoque ad contrarium ducentes, ita quod nisi per frequenter usum intellectualis habitus quodammodo succidantur, vel comprimantur, redditur homo in minus aptus ad recte iudicandum, & quandoque totaliter disponitur ad contrarium: & sic per cessationem ab actu diminuuntur, vel etiam corrumpitur intellectualis habitus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q; ita tamen calor per cessationem a calefacto corrumpetur, si per

hoc increaseret frigidum, q; est calidi corruptuum. **A**D SECUNDVM Dicendum, q; cessatio ab actu est mouens ad corruptionem, vel diminutionem, sicut remouens prohibens, *ut dictum est.

In corp. art.

AD TERTIVM Dicendum, quod pars intellectua animæ secundum se est supra tempus, sed pars sensitiva subiacet tempori, & ideo per temporis cursum transmutatur quantum ad passiones appetituæ partis, & etiam quantum ad uires apprehensivas. unde Philosophus dicit in 4. Phys. *Quod tempus est causa obliuionis.*

Text. 117. &
118. co. 2.

QVAESTIO LIII.

*Saper quæst. quinque
gesimæ quartæ articulæ
cum primum.*

De distinctione habituum, in quatuor articulos divisa.

DEINDE considerandū est de distinctione habituum.

CIRCA hoc queruntur quatuor.

Primo, Vtrum multi habitus possint esse in una potentia.

Secondo, Vtrum habitus distinguantur secundum obiecta.

Tertio, Vtrum habitus distinguantur secundum bonum & malum.

Cuarto, Vtrum unus habitus ex multis habitibus constituantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum multi habitus possint esse in una potentia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non possint esse multi habitus in una potentia. Eorum n. q; secundum idem distinguuntur, multiplicato uno multipli cat & aliud: sed secundum idem potentia & habitus distinguuntur. Secundum alio & obiecta. similiter ego multiplicatur. non ergo possunt esse multi habitus in una potentia.

Prat. Potentia est uirtus quædam simplex, sed in uno subiecto simplici non potest esse diuersitas accidentium, quia subiectum est causa accidentis; ab uno autem simplici non uidetur procedere nisi unum, ergo in una potentia non possunt esse multi habitus.

Prat. Sicut corpus formatur per figuram, ita potentia formatur per habitum, sed unum corpus non potest simul formari diuersis figuris; ergo neque una potentia potest simul formari diuersis habitibus. non ergo plures habitus possunt esse in una potentia.

SED CONTRA est, qd intellectus est una potentia, in qua sunt diuersarum scientiarum habitus.

RESPON. Dicendum, q; sicut

Prima Secundæ S. Thomæ.

In 1. ar. q. 5. ad uerte Noutie, ne faliatis in similitudine habitu linis materie ad formam aquæ agens, & potentia ad habitum, aquæ obiectum. Inducitur enim, & tenet quantum ad determinationem, ad unitatemque actus ab uno agente, sed non est extendenda ad unitatem materie, nam oppositum intenti se queretur. I. q; sicut in una materia non potest simile esse nisi una forma, sic nec in una potentia plures habitus. Similiter non est extendenda ad proportionem formæ & habitus quod ad similitudinem, propter eandem causam, unde elio cau^o, ut proportionalis similitudo quod ad explicita tantum in litera intelligatur, & non falleris.

Prat. In responsione ad primum ipsum pri mi articuli aduerte, quod littera non dicit quod omnis diuersitas generica obiecto rum constituit diuersitatem potentiarum, quoniam hoc manifeste est falsum, nam mathematica, & metaphysica, & naturalis, & moralis manifeste habent obiecta diuerorum generum, de theologia quoque in principio prima pars dicitur, quod distinguuntur genere a mathematica. & uere sic est, quia distinguuntur generis scibili, sed facti est huic literæ, quod diuersitas aliqua obiectorum generica constituit diuersitatem potentiarum. Præfens enim responsio in hoc stat, quod diuersitas potentiarum est necessaria generica, habi-

O 3

tum

6.49 art.4.
tuum uero nō est ne-
cessario generica, sed
specifica: ex hoc enim
patet, quo d' multipli-
catus habitibus, non
oportet multiplicare
potentias, sicut nec
multiplicari species
generica. Quia autē
sit illa difficultas generi-
ca constitutiva, ut
sitatem potentiarum,
& que non diff. utere
alium negoni est,
& erit quartus spe-
cialis.

D. 205.

q. 57. art 2. q.
51. art. 1.Text. 16. &
33. tom. 3.Cap. 1. post
mcd. tom. 5.

D. 1156.

D. 50.

supradictum est, * habitus sunt di-
spositiones quædam, alieuius in
potentia existentes ad aliquid si-
ue ad naturam, siue ad opera-
tionem vel finem nature. Et de illis
quidem habitibus, qui sunt dispo-
sitiones ad naturam, manifestum
est quod possunt plures esse in uno
subiecto, eo quod unius subiecti
possunt diuersimode partes acci-
pi, secundum quarū dispositionē
habitus dicuntur, sicut si accipiā
tur humani corporis pars humores,
prout disponuntur secun-
dum naturam humanam, est hab-
tus vel dispositio sanitatis. Si uero accipiantur partes
similes, ut deriu& ossa, & carnes, carum dispositio
in ordine ad naturam, est fortitudo, aut macies. Si uero
accipiat membrana, ut manus, & pes, & huiusmo-
di, earum dispositio naturae conueniens, est palechri-
tudo, & sic sunt d' plures habitus, vel dispositioes in
codem. Si uero loquamur de habitibus, qui sunt dis-
positiones ad opera, qui proprie pertinent ad poten-
tias, sic etiam contingit unius potentiae esse habitus
plures: cuius ratio est, quia subiectum habitus est po-
tentia passiva, ut supra dictum est. * Potentia n. acti-
ua tantum non est alium habitus subiectum, ut ex
supradictis patet. * Potentia autem passiva compa-
tur ad actum determinatum unius speciei, sicut ma-
teria ad formam, eo quod sicut materia determina-
natur ad unam formam per unum agens, ita etiam
potentia passiva a ratione unius obiecti actum deter-
minatur ad unum actum. In sp̄m. uñ sicut plura obie-
cti possunt mouere unam potentiam passivam, ita
una potentia passiva potest esse subiectum diuersorum
actuum vel perfectionum. In sp̄m. Habitus autem
sunt quedā qualitates, aut formæ inherētes potentiæ,
qđ inclinat potentia ad determinationem actus in sp̄m.
speciem, uñ ad unā potentiam possunt plures habi-
tus pertinere, sicut & plures actus specie differentes.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod sicut in reb⁹
naturalibus diuersitas specierum est scđm formam:
diuersitas autē generum est secundum materiam, ut
dī in 5. Meta. * Ea n. sunt diuersa genere, quorum est
materia diuersa: ita etiam diuersitas obiectorum se-
condum genus, facit distinctionem potentiarū. Vñ
Philos. dicit in 6. Eth. † qđ ad ea quæ sunt generē alte-
ra, sunt etiam animæ particulae. Diuersitas uero
obiectorum secundum speciem, facit diuersitatem
actuum secundum speciem, & per consequens habi-
tum. Quæcumq; autem sunt diuersa genere, sunt ēt
sp̄m diuersa, sed nō convertitur: & ideo diuersarū po-
tentiarū sunt diuersi actus specie, & diuersi habi-
tus: non autem oportet quod diuersi habitus sint di-
uersarū potentiarū, sed possunt esse plures uni⁹:
& sicut sunt genera generum, & species specierum, K
ita etiam contingit esse diuersas species habituum, &
potentiarum.

A D S E C U N D U M dicendum, qđ potentia eti⁹ sit
qdē simplex secundum essentia, est tamen multiplex
uirtute, secundum quod ad multos actus sp̄m differē-
tes se extendit: & ideo nihil prohibet in una potentia
esse multos habitus specie differentes.

A D T E R T I U M dicendum, qđ corpus formatur p̄ figu-
ram sicut per propriam terminationem. habitus autē
nō est terminatio potentiae, sed est dispo ad actum,
sicut ad ultimum terminū: & ideo non possent esse
uni⁹ potentiae simul plures acti⁹, nisi forte in qđ
vnu⁹ comprehenditur sub alio: sicut nec uni⁹ cor-

poris plures figuræ, nisi secundū
quod una est in alia, sicut trigonū
in tetragono. Nō n. potest intellegi,
simil multa acti⁹ intelligere, pō
tamen simil habitu multa scire.

id est bōp. in ibi. V. in ibi. 2.
ARTICULYS III.

Vtrum habitus distinguantur secun-
dum obiecta.

A D S E C U N D U M sic procedit.
Vñ qđ habitus non distinguuntur
in obiecta. Contraria sunt
specie differentia, sed idem habi-
tus scientia est contrariorum, si
cuit medicinali & ægri, non er-
go secundum obiecta specie dif-
frentia habitus distinguuntur.

¶ 2 Præt. Diuersæ scientie sunt di-
uersi habitus, sed idem scibile per
tinet ad diuersas scientias. sicut ter-
ram esse rotundam, demonstrat
naturalis & astrologus, ut dicitur
in 2. Phys. * ergo habitus non dis-
tinguuntur secundum obiecta.

¶ 3 Præt. Eiusdem actus est idem
obiectum, sed idem actus potest
H pertinere ad diuersos habitus vir-
tutum, si ad diuersos fines refera-
tur. sicut dare pecuniam alicui, si
sit propter Deum, pertinet ad chari-
tatem: si uero sit sp̄m debiti sol-
lendum, pertinet ad iustitiam. ergo ēt
idē obiectū pōt ad diuersos habi-
tus pertinere. nō ergo ēt diuersitas
habitū emodiuerterat obiectorū.

S E D C O N T R A . Actus differunt
specie secundum diuersitatē obie-
ctorum, ut supra dictum est. * sed
habitus sunt dispositiones qđam
ad actus: ergo ēt habitus distin-
guuntur secundū diuersa obiecta.

R E S P O N S . dicendū, qđ habitus
& est forma quadam, & est habi-
tus. Potest ergo distinctio habi-
tuum in speciem attendi aut se-
cundum communē modū, quo
formē specie distinguuntur, aut in
proprium modū distinctiōis habi-
tum. Distinguuntur siquidem
formē adiunxit secundū diuersa
principia acti⁹, eo qđ omne agēs
facit simile in speciem, habitus
autē importat ordinē ad aliquid;
omnia autē, quæ dicitur in ordi-
nen ad aliqd, distinguuntur se-
cundum distinctionem eoru, ad
quę dicuntur. Est autē habitus dis-
pō quædam ad duo ordinata,
. ad naturam, & operationē cōse-
quentem naturam. Sic igr̄ secūdū
tria habitus sp̄m distinguuntur.
Vno qđem modo, secūdū prin-
cipia acti⁹ talium dispōnum;
aliò uero modo, secundum natu-
ram: tertio uero modo, secūdū
obiecta sp̄m differentia, ut per se
quæntia explicabitur.

Super quā s. quinq; 5
ēt me quartaria
iūm secundum.

I Narticulo secundo
dubium occurrit
ex Scoto in prima qđ
fitione prologi primi
tententiarum, uerba
huius articuli inde-
cente, peruerbe expo-
sa netio a f. uel
ab altero. Accepum
eit enim hac litera,
quod ubi est idem
scibile, puta, quod
terra est rotunda per
philosophiam natu-
ralem & astrologiam, da-
quod ibi non finitum
scientia habitus, sed
sunt distincte forme,
qua non distinguuntur
per obiecta, sed
per principia acti⁹.
In corpore name
dicitur, quod habi-
tus inquantum for-
ma, distinguuntur
per obiecta: & in re
sponsione ad secun-
dum dicunt, quod
media sunt principia
acti⁹. Conta
hanc tententia ar-
guit dupliciter, pri-
mo, quia impossibil-
le est aliqua indi-
stincta esse secundū
modū inferiorū præ-
dictū, & distincta secū-
dū superiorū: for-
ma autem est super-
ius ad habitum,
ut pater. Secundo,
quia hoc supponit,
obiecta distinguere
habitus in alio
genere causa, quam
effectus, quod fal-
sum est, si aliquo
modo cantat di-
stinctionem habi-
tuum.

Ad hāc dicitur,
quod falsa est in pri-
mis interpretatione litera-
re. neque enim
hoc somnauit diuis
Thomas, sed inten-
dit, quod quia habi-
tus & forma & habi-
tus sunt, utraque for-
tiri possunt distincti-
ua, feliciter propria
formarum, & propria
habitum, & non quod cum di-
stinctione illarum
sunt indistinctio ho-
rum. unde in propo-
sito utraq; distinctio
concurrunt. si acti⁹
uorum & obiectori
formalium. Terrā
esse rotundam, & effi-
ciā obiectū forma
le, & p alii mediū
scitum est: respectu
astrologie & philo-
sophie naturalis, ut
pater: nec opus est af-
ferendo unum, affir-
re semper aliud, unde

de pater respōsio ad
primum. Ad secun-
dum uero dī, quod
obiectum nō obie-
ctum, non dicit cau-
sam effectiū & pro-
pere non prohibe-
tur quā distingua-
re alter quā effectiū
& reuera potest
distinguerē non solū
effectiū, sed forma-
liter extrinsece tamē
& finaliter habitus
sunt de actib⁹, ut
alias dictum est. Ide
enim est iudicium.

AD II. dicendum, q̄ terram cē-
rotundam per aliud medium de-
monstrat naturalis, & per aliud astrologus. Astrolo-
gus n. hoc demonstrat per media mathematica, si-
cūt per figurā eclipsiū, uel per aliud hmoī. natura
lis uero hoc demonstrat per medium naturale, sicut
q̄ motu grauium ad mediū, uel per aliud hmoī. To-
ta autem uirtus demonstrationis, quaē est syllogism⁹
faciens scire, ut dī in i. Post. * dependet ex medio: &
ideo diuersa media sunt, sicut diuersa principia acti-
ua, secundum quā habitus scientiarū diuersificatur.

AD TERTIUM dicendum, q̄ sicut Philos. dicit 2.
Phys. * & in 7. Ethic. ita se habet finis in operabili-
bus, sicut principiū in demonstratiūs. & ideo di-
uersitas finiū diuersificat uirtutes, sicut & diuersi-
tas actiūrū principiorū. sunt etiam ipsi fines
objectionū actiūrū interiorū: qui maxime pertinent
ad uirtutes, ut ex supradictis patet. *

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus distinguantur secun-
dum bonum, & malum.

AD TERTIUM sic procedit.
A Videtur, q̄ habitus non dis-
tinguantur fīm bonum & malū. Bonū. n. & malum sunt cōtraria; sed idem habitus est contrariorū, ut supra habitus est. Ergo habitus non distinguuntur fīm bonū & malum.

¶ 2 Præt. Bonum conuertitur cū
ente, & sic cum sit cōmune omni-
bus, non pōt sumi ut dīa aliquid
specierū, & contra rūtū impossibile est. n.
contraria effīsumū in aliis
specie, ut patet per Philosophū
in 4. Top. * Similiter etiam malū
cum sit priuatio, & non ens, non pōt esse aliquid
entis differentiā. nō ergo fīm bonum & malum pos-
sunt habitus specie distingui.

¶ 3 Præt. Circa idem obiectū contingit esse diuersos
habitūs malos, sicut circa concupiſcentias intempe-
rantiam & insensibilitatem: & similiter etiam plures
habitūs bonos. Uirtutem humānā, & uirtutē heroī
cum siue diuinam, ut patet p. Philo, in 7. Eth. * nō er-
go distinguuntur habitus secundum bonū, & malū.

SED CONTRA est, quod habitus bonus cōtraria-
tur habitui mali, sicut uirtus uito, sed cōtraria sunt
diuersa secundum speciem. ergo habitus differunt
specie secundum differentiam boni & mali.

RESPON. Dicendum, quod sicut dictum est, * Ha-
bitus specie distinguuntur non solum secundum obie-
cta, & principia actiua, sed et in ordine ad naturam.
quod quidem contingit duplicitate. Vno modo
secundum conuenientiam ad naturam, uel etiam se-
cundum disconuenientiam ab ipsa; & hoc modo di-

Astinguuntur specie habitus bonus & malus. nā habl
tus bonus dicitur, qui disponit ad actum conuenien-
tem naturae agentis; habitus autem malus dicitur, q̄
disponit ad actum conuenientem naturę. sicut act⁹
uirtutum naturae humanae conueniunt, eo quod sūt
secundum rōnem: actus uero uitiorum cum sint cō-
tra rōnem, a natura humana discordant. & sic mani-
festum est, quod secundum differentiā boni & ma-
li, habitus specie distinguuntur. Alio mō secundum
naturā habitus distinguuntur ex eo, quod habitus un⁹
disponit ad actum conuenientem naturę inferiori,
alius autem habitus disponit ad actum conuenientē
naturę superiori. & sic uirtus humana, quā disponit
ad actum conuenientem naturę humana, distinguui-
tur a diuina uirtute, uel heroicā, quā disponit ad a-
ctum conuenientem cuidam superiori naturę.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod contrariorū
potest ē unus habitus secundum qđ contraria con-
ueniunt in una rōne: nunquam tamen contingit, q̄
habitus contrarii sint unius specie. Contrarietas n. ha-
bituum est secundum cōtrarias rōnes, & ita secundū
bonum & malum habitus distinguuntur, s. inquantum
unus habitus est bonus & aliis malus, non autē
ex hoc quod unus est boni, & aliis est mali.

AD SECUNDVM Dicendum, quod bonum d com-
mune omni enti non est differentiā constitutus, spe-
ciem alicuius habitus, sed quoddam bonum deter-
minatum, quod est secundum conuenientiam ad
determinatam naturam scilicet humanam: similiter
etiam malum quod est differentiā constitutua habi-
tus, non est priuatio pura, sed est aliquid determina-
tum repugnans determinatę naturę.

AD TERTIUM Dicendum, quod plures habitus
boni circa idem specie distinguuntur secundum cō-
uenientiam ad diuersas naturas, ut dictum est: * plu-
res uero habitus mali distinguuntur circa idem agē-
dum secundum diuersas repugnantias ad id, quod
est secundum naturam, sicut uni uirtuti contrariantur
diuersa uirtus circa eandem materiam.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum unus habitus ex multis habitus
constituantur.

AD QUARTVM sic procedit.
A Videtur quod unus habitus
ex pluribus habitibus constituitur.
Illud enim, cuius generatio non
simul perficitur, sed successiū, ut
detur constitutus ex pluribus parti-
bus: sed generatio habitus non est
simul, sed successiū ex pluribus
actib⁹, ut supra habitus est. * ergo
unus habitus constituitur ex
pluribus habitibus.

¶ 2 Præt. Ex partibus constituitur
totum: sed uni habitui assignantur
multa partes, sicut Tulli⁹ * ponit
multas partes fortitudinis, & tem-
peratię, & aliarū uirtutū. ergo un⁹
habitus constituitur ex pluribus.

¶ 3 Præt. De una sola cōclusione
potest scientia haberī actū & habi-
tus; sed multe conclusiones pertinet
ad unam sciētiā totam, sicut ad
geometriā, uel arithmeticā. ergo
unus habitus cōstituit ex multis.

SED CONTRA. Habitus cum sit

Prima Secunda S. Thomæ.

D. 970.

In cor. arti.

Sup. q. 5. 3. ar.
ti. 2. ad. 1.Li. 2. de inue-
tione in fol.
4. ante fine
lib.

O 4 sunt

funt communia ad omnia per se extrema illius proportionis, nā
inter illa communissima eit adæquatio: quia in quoconque est ra-
tio unius, recipit quocundam in quo est ratio alterius: sed pri-
ma extrema causa & effectus non sunt communissima, quia in
ter illa non eft adæquatio: non enim sequitur, si commune po-
test causare habitus,
quod speciale posfit.
¶ Ad hoc dico, quod
miror valde de hoc
uero. conitat enim
clarissime, quod pro-
portiones ita cur-
qualitas quædam, est forma sim-
plex: sed nullum simplex consti-
tuitur ex pluribus. ergo unus ha-
bitus non cōstituitur ex pluribus
habitibus.

R E S P O N S. Dicendum, quod habitus ad operationem ordinatus, de quo nunc principaliter intendimus, est perfectio quedam

siū sic se habent, eadem rōne causa & effectus. Quēcunque namque effectum potest causare aliqua causa, potest etiam rationis causa producere, & econuerio: & non minus speciale, in quo salutari ratio communis, potest producere effectum illius communis, quod posse agere in passum illius communis. Non itero quomodo sit intelligible, cum actuū respondeat effectui & patienti, & per hoc respondet patienti, quia agit in eo suum effectum, quod extrema proportionis a cœli ad passum adæquatur, & actui & effectus non. Stat ergo solida ratio literarum quod quia perfectio proportionatur perfectibili &c.

In codem 4.artic.dubium tritum occurrit de habitu scientie, quod tangitur in respone ad tertium, quomodo salutari, quod sit una qualitas simplex: & est quæstio ita & cum extraneis, & cum Thomitis. Cum Thomitis quadem: quia quidam corum attribuunt S.Thom. quod putauerit habitum scientie esse ordinatus species intelligibiles ad unam formalem rationem obiecti simili. Quidam autem dicunt simplicem qualitatem esse habilitatem ad ultimorum speciem. Cum alii uero, dum non asseuerant habitum scientificum unum secundum speciem, & simplicem, extendere se ad tot rerum naturas, quo in una scientia tractari contingit. Thomista igitur tenet habitum scientificum esse species ordinatas &c. super authoritatibus S.Tho. Se fundant quarum principia sunt ex hoc lib.tres. Prima est ex quæst. 52. artic.2. ubi author uult, quod scientia augetur secundum se per additionem ex qua arguitur sci. Scientia secundum se augetur per additionem ergo ipsi secundum se ali quid additur: sed non nisi noua species intelligibilis: ergo species intelligibiles spectat ad habitu[m] scientiam in lepta. Secunda est ex q.6.5. artic.1. ad primum, ubi uult, quod Geometer modo studio acquirit scientiam conclusionis, quam nunquam consideravit &c. Ex hoc arguitur, quod aliquid nouum acquiritur modo studio. Tertia est ex q.6.7. artic.2. ubi uult, quod species intelligibiles se habent ad scientiam ut formalesphantasma autem ut materialia. Ex hoc arguitur ergo scientia formaliter est ipsa species intelligibilis. Exteria parte afferuntur articul. 2. quæst. 12. ubi author expresse uult scientiam augeri per successivam generationem specierum intelligibilium. Et vocat hoc augmentum secundum efficiens ipsius habitus scientie &c. ex quæstione de veritate, q.8.art.16.ad 4. ubi dicit, quod una tota scientia comprehendit sub se diuersas scientias particulares, quibus conclusione diversa cognoscuntur. Et in q.9.art.4.ad 8. ubi dicit, quod i ordinatio aliquis specierum intelligibilium facit habitum. Et in q.10.artic.2. approbat ut dicendum, quod species conferuntur intellectu, quarum ordinatio est habitus scientie. Ex tertio quoque sententiarum dist. 1. 4. artic.3. quæstio. 4. ubi uult, quod scientia infra anima Christi, sit unus habitus, & tamen multa species.

Aliorum autem occurrit in primis Aureolus, deinde Gregorius de Arimino in prologo primi sententiarum, quæstio 3. artiu. 1. pluribus rationibus. Primo ex parte operationis, quia per se, & retur, quod habens habitum scientificum prima conclusio in geometria, posset exire in actum sciendi ceteras geometriæ conclusiones, quas nunquam consideraverat: hoc est fallum, ergo. Probaatur sequelaque habitus scientiæ prima conclusio per se, & habitus omnium reliquarum, sunt eiusdem rationis specialissimæ, licet differant secundum perfectum & imperfectum: Constat autem, quod in quaecunque actum potest aliqua forma, potest qualibet eiusdem rationis specialissimæ. Nec ualeat, inquit Gregorius, si dicatur quod ista maxima tenet folium in formis eiusdem rationis & æque perfectis: quia differentia secundum perfectum, & imperfectum non collit, aut dat substantiam actionis: sed variat actionem etiam secundum perfectum, & imperfectum minimus enim calor potest calefacere & exsiccare, quamvis non sit perfecte, sicut intensus calor. Et confrinatur auctoritate Auerrois prima cali, commen. decimonono, & in tertio cali commen. 92. exprise dicens, quod ubi est eadem forma, est eadem actio secundum speciem, licet magis vel minus perfecta.

F Secundò, ex parte generationis: quia habitus habentes differas generaciones, corruptiones, intentiones, & remissiones, sunt diuersi: sed respectu prima conclusionis geometræ, & centefimæ, habitus scientifici sunt huiusmodi, ergo minor quo ad intentionem & remissionem est clara: quo ad corruptionem per-

potentia : omnis autem perfec-
tio proportionatur suo perfe-
ctibili. Vnde sicut potentia cum
sit una, ad multa se extendit se-
cundum quod conuenient in
uno aliquo, idest, in generali qua-
dam ratioe obiecti; ita etiam habi-
tus ad multa se extendit secundū
q̄ hēt ordinē ad aliquod unum,

G & per actus circa diversa successive conclusiones. Aut ergo dupli augmentationis modo acquiritur diversa secundum ipsam entitas absoluta in illo habitu, aut eadem; si diversa, ergo habitus ille non est simplex qualitas. Si cadem ergo fuerit, siue illi modo generetur, ad idem inclinabitur: sicut quia color eiusdem rationis rem suscipit quomodo cumque intendatur, siue a sole, siue ab igne intendatur, in idem potest intentus, tunc sequitur, quod frequentans actus circa primam conclusionem, acquirat, seu formet notitiam censimina: & quod de monstrans centesimam conclusionem, intendat notitiam primam. Quartu[m] ex parte oppositorum, quia scientia prima conclusionis non opponitur ignorantiæ etiam præz dispositioni tam actuali, quam habituali centesima; quia itant simul in eodem, ut patet. ergo non est eadem simplex qualitas habens utriusque. Patet sequela, quia eadem qualitates secundum speciem habent eandem qualitatem secundum speciem contraria[m] &c.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, quam Thomistæ multi fugiunt, dicentes diuum Thomam modo declinare in una, modo in alteram opinionem, etiam in hac prima secunda, & magis declinare in opinionem dicentem, habitum scientie esse ordinatas species: Icito quod sententia diuini Tho. est, quod habens scientie esse simplex qualitas extendens se ad omnes conclusiones spectantes ad candem rationem specialissimam sub hoc genere, quod est scibile ubi quatuor uidenta sunt. Primo, q[uod] habitus scientie est simplex qualitas. Secundo, quomodo se habet ad scire diversas conclusiones. Tertio, quomodo se habet ad species intelligibiles, & diuerstatem earum. Quartò, quid dicendum obiectis in oppositum.

I Quo ad primum, supponendo pro nunc dari, & conferantur species intelligibilis in intellectu, & unitatem specificam scientiae attendi penes unitatem specificam scibilis, non inquantum est in hoc quod in illo genere substantia, vel quantitas, est, sed inquantum est in genere scibilis, quoniam utrumque in de divisione synthetica.

tum est in genere scibilis, quorum utrumque in doctrina authoris est indubitatum; oportet concedere, quod aliqua una habitu scientia secundum speciem, puta geometria, duas res ponat in intellectu nostro. prima est species intelligibiles linearum, angulorum, figurarum &c. secunda est habilis ad prompte, faciliter, delectabiliterque considerandam conclusiones factas in geometria. Quod enim oportet ponere species intelligibiles ordinatas ad unam & eandem rationem formalem talis scibilis patet ex eo, quod plura secundum speciem non occurunt ad unum secundum speciem, nisi aliquo modo ordinata ad illud unum, ut patet in pluralitate heterogeneorum tam in natura libus, quam artificialibus. Quomodo enim species intelligibiles subiecti, puta luna, & species accidentis, puta euphis, & species causa media, puta interposita terra &c. in unum secundum speciem actum sciendi conuenient, nisi aliquo modo ordinate. & rursus quomodo tot species tot rerum contentarum sub una specie scibilis ut sic, conuenient nisi ordinata: ubi enim pluralitas sine ordine, ibi confusio. Quod autem exigatur habilitas aliqua ad utendum prompte, faciliter &c. species istius ordinatis, ex hoc si oparetur, quod intellectus cum sit secundum se sicut tabula rasa, non est secundum se ordinatus ad utendam talium se ordinatorum ad scibile unum; sed oportet aliquam sibi additam qualitatem recipientem per se primo illud scibile, determinari ad prompte, faciliter, & delectabiliter utendum quicunque species, & actibus in ordine adhibendis. Hanc autem qualitatem, habilitatem esse confitat unam in tactam unitatem sui obiecti, ac per hoc unus unus speciei specialitate, & consequenter qualitate simplicem, cum species sit qualitatis. His autem duobus in intellectu concurrentibus profecto secundum aliquam scientiam, uidendum refut, quid horum non habitat, sed habitat talis, scilicet, scientia humana, qua est habitat per demonstrationem acquisitus rationem essentialiter habet. Notanter autem dixi, non ha-

bitus, quia constat quod species intelligibiles apud S. Tho. sunt habitus intellectuales: & similiter dixi scientia humana, quia constat in angelis habitus scientia non esse nisi species intelligibiles. & non aduertere ad hanc duo, fuit forte occasio erroris aliquibus. Quod autem scientia de qua loquimur, non sit essentialiter plures species intelligibiles ordinatae, sed simpliciter qualitas, manifester hoc, quod habitus scientificus est essentialiter in prima specie qualitatis, ut una ei species specialissima. Conitatur namque si nulla species qualitas est ordinata ad aliquid unum,

puta, ad vnam specialiter rationem obiecti, vel vnam naturam, vel vnum principium, ut ex supra dictis patet. Si igitur consideremus habitus secundum eas, ad quae se extendit, sic inueniemus in eo quandam multiplicitatem. Sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliquid unum, posita ex pluribus qualitatibus diversarum specierum, quales sunt species intelligibiles, ergo vel scientia habitum negat esse speciem aliquam essentialiter in genere qualitatibus, prouidendo ipsam esse unam ordinem sicut exercitum, & in genere relationis formale, & materiale formalis in genere qualitatibus: quod repugnat roti doctrinae huius tractatus: vel concedant ipsam non esse formaliter species ordinata, sed qualitatem simplicem ad utendum illis. Putandum est igitur, quod in una scientia, puta Metaphysica, invenitur intellectus in illa perfectus est dispositus, quod habet species intelligibiles elementorum misorum, plantarum, animalium, hominum, quanti, qualis, relationis, motus &c. bene dispositas, quatenus representant gradus Metaphysicales, id est, spectantes ad ens in quantum ens, & quod habet qualitatem quandam determinantem ipsum non solum ad utendum, sed ponendum & ordinandum species in tali ordine: & haec qualitas est essentialiter habitus scientiae qui dat formaliter intellectui facultatem faciendi huiusmodi dispositiones in speciebus, & utendis illis prompte, faciliter, & delectabiliter. Et hoc habet ex hoc, quod per se primo respicit rationem formalem obiecti scibilem (specificantem & unitatem specie) praesentem ipsi primum enim in quoquo est causa certorum: unde quod illa species ad illud unum ordinatur, ex habitu habent, cui per se primo conuenit ad illud unum ordinari, & non conuenit hoc de primo.

¶ Quod ad secundum Icito, quod, ut pater ex 5. Metaph. & superius allegat est, de ratione habitus est, quod habens ipsum, sit partible secundum locum, potentiam, vel speciem: & ut Simplicius superius allegatus dixit, scientia imperfecta a scientia perfecta differt in hoc, quod illa est habitus partes in potentia, ita est habitus partes secundum speciem. Ex his autem hoc solum proxime accipio, quod habitus scientiae comparatur ad diversa scire diuerfanum confluorum ut ad partes, in potentia quidem quanto est imperfectus, in actu vero quanto est perfectus. Quod ut plenus intelligans cogita, quod in intellectu in quo oritur geometria, potest ad scire primam conclusionem, & potentia ad scire secundam, & potentia ad scire tertiam, & sic de aliis. Et quod habitus scientiae incipiens perfect intellectum secundum primam potentiam, deinde per secundam demonstrationem extenditur ad perfectum intellectum secundum secundam potentiam, & per tertiam extenditur ad perfectum intellectum tertiam, & sic deinceps. nec refert si omnes istae potentiae sunt multe partiales potentiae, aut sunt una: quoniam si ponatur una sola potentia ad scire omnium confluorum, illa potest una formaliter, & multe equivalenter eidem habitui subiicitur paulatim, ac si essent multe potentiae, quibus & equaliter. Si uero ponantur multe partiales, tunc habitus scientiae habebit pro partibus subiecti non solum actus multos sciendi, sed potentias ad illos. Quomodolibet ergo ponatur, referendum est ad habitus scientiae comparare ad scire diuerfatum conclusionem, & potentias sive distinctas, sive non ad illa scire, ut ad partes habitus ipsum. Et ex hoc manifestatur augmentum scientie extensum, quod author vocat per additionem. Ex hoc enim quod intellectus, ut est in potentia ad secundam conclusionem, non remanet interminatus, sed subiicitur illi qualitatibus simplici responsum obiectum primum, extenditur habitus ad occupandum non partem loci, sed partem potentiae, quam prius non actuabat. & hoc bene nota, quoniam ex his solvuntur obiecta. Hoc de secundo.

¶ Quod ad tertium, scito quod habitus scientificus quatuor habitudines habet ad species intelligibiles ordinatas. Prima est effectus ad causam: secunda causa ad effectum: tercua complementi ad inchoationem: quarta totius ad partes non essentiales, nec integrales, sed possibilis. Et pro manifestatione primarum duarum recolere oportet, quod scit in scientia est duplex ordo, primus est partium unius & eiusdem demonstrationis, secundus diuerfanum demonstrationum inter se: ita est duplex collectio ordinata specierum intelligibilium. Prima est specierum facientium unam demonstrationem: secunda est specierum facientium secundam demonstrationem: cum speciebus facientibus primam, &

A sic deinceps. Prima collectio est causa habitus scientifici: quia est causa ipsius actualis scire, quod est effectus demonstracionis, quod est causa ipsius habitus scientifici: habitus enim scientiae ex actu sciendi generatur. Et scito, quod non solum collectio specierum pro prima demonstratione est causa scientifici habitus, sed singulare collectiones pro singulis succendentibus demonstrationib. sunt cause ipsius habitus, diversimode tamen: quia prima est causa generativa, aliae vero sunt cause augmentationis augmentatione augmento extensivo: sicut pri-

ad quod principaliter respicit habitus, inde est quod habitus est qualitas simplex non constituta ex pluribus habitibus, et si ad multa se extendat. Non n. vnu habitus se extendit ad multa, nisi in ordine ad unum ex quo habet unitatem.

B AD PRIMUM ergo dicendum,

icit habitum, subsequentes autem extendunt illum. Secunda autem collectio quo ad unitatem ordinis, est effectus ipsius habitus, quia intellectus adest iam habitu & determinatus ad obiectum scibilem, efficitur potens ad ordinandum alias species ad acquistam rationem talis obiecti. Et sicut prima demonstratio in scientia una est principium secundae, ita proportionaliter habitus acquistus prima demonstratione inchoat scire actuale secundae conclusionis, adunando ad adunandum & ordinandum species pro secunda demonstratione, & sic deinceps: & hoc, ut dictum est, quia per se primo respicit formale obiectum. Tertia autem habitudo patet ex eo, quod cum obiectum proprium habitus sit etiam obiectum, sicut parte potentia & scibile, puta unitas, sive numerus in arithmeticis, obicitur prius ordine generationis intellectui primam demonstrationem formanti per ordinatas illius demonstrationis species, quam habitu qui requiritur in intellectu ex scire facto per demonstrationem: sed potentia intellectus ad tale obiectum ut scibile, non nisi in potentia determinatur per huiusmodi species ordinatas, quia non nisi ut ordinantur ad scientiam illius obiecti. unde completive determinatur per habitum, quo iam intellectus non ut in via, quemadmodum per species ordinatas, sed ut in termino: nec per modum passionis transeuntis, quemadmodum per actum sciendi, sed firmiter & quasi immobiliter patet obiectum illud scibile ut sic. Quarta uero habitudo patet ex praecedenti, & ex representatione specierum, & ex potentia antedictis, & ex actibus sciendi diuersas conclusiones: & retrogradi ordine procedendo, si actus diuersi sciendi diuersas conclusiones in una scientia sunt uelut partes habitus, & diuersae species ad diuersos huiusmodi actus ordinantur, ut patet, consequens est, ut ipsae quoque species in partium coordinationem cadant. Idem quoque sequitur ex eo, quod ad perficiendum potentiam intellectus respectu huius conclusionis, aliae species ordinantur ab illis, quae ordinantur ad perficiendum potentiam respectu alterius conclusionis eiusdem scientiae & scibilem formaliter: cum etiam nostra scientia duo exigat, assimilationem intellectus ad res, de quibus est scientia: & determinationem intellectus ad componendum, diuidendum, discurrendum inter huiusmodi res. & primum fiat per species intelligibiles: secundum autem per illam qualitatem, habilitatem, intellectum ad tale scibile. & confer quod primum ordinatur ad secundum, in quo consummatur scientia, consequens est quod species intelligibiles representando ea de quibus est scientia, claudantur subscientia tanquam secundaria sub principali, ac per hoc scientia per se ipsam habet actum componendi &c. per species uero habet actum representandi: sicut prudentia per se ipsam precipit, & per eubilam consiliatur. Cum igitur determinatio intellectus ad scibile plura exigat, & in speciebus intelligibiliibus ordinatis inchoatur sit, & in qualitate illa simplici consummatur, consequens est, quod species intelligibiles tanquam partes potentiarum scientiae sint, uigilandumque sit, cum de attributis conditionibus, seu actibus scientiae est fermo, quid ei conueniat immediate, & quid mediante parte potentiali, quid simpliciter, & quid secundum partem. Hac de tertio.

C E ¶ Quod ad quartum, Prima authoritas S. Thom. nihil penitus obilita, quia augmentum per additionem ibi uocatur augmentatione extensum, ut expresse ipsem se declarat inferius in quest. 66. articulo primo, ubi repetita distinctione de augmentatione forma secundum seipsum, & ex parte subiecti participantis, dicit, quod magnitudo, uel paritas forme secundum seipsum attenditur secundum ea, ad que se extendit. & quia scientia modo ad pauciora, modo ad plura se extendit: ideo sic fulcitur augmentationem. Virtus autem moralis, quia ad omnia ioporet quod se extendat, ideo non sic augetur: unde ex hoc quod author dicit seipsum augeri per additionem, nihil aliud habetur, nisi quod augetur extensum, quia ad plura continua se extendit. ex hoc uero, q. dicit secundum seipsum sic au-

gredi.

QVAEST. LIII.

geri, non habetur quod in ipsa sua essentia fiat additum; sed quod ex ipsa eius specifica ratione habet quod sic augeatur, ut in illa q. 52. declaratum est. Secunda uero auctoritas ex quest. 6. inferioris, cum exemplariter ab auctore inducatur, intelligenda proculdubio est; iuxta sensum a scripto datum, ubi ex proposito superioris hoc declarauit, scilicet quod 54. artic. 4. ad tertium. Intendit ergo de acquisitione non terminante generationem scientiam, sed terminante augmentationem eiusdem: ita quod geometria modo studio acquireit demonstracione augmentant te scientiam, notitia conclusionis, quam nunquam considerauit. hoc enim est acquirere scientiam nouam coelationis, quamvis non sit acquirere scientiam illam simpliciter, id est, acquirit illam in quantum est scientia illius conclusionis, quam nunquam considerauit, quamvis non acquirat illam scientiam simpliciter. Tertia quoque auctoritas ex quest. 66. inferioris, non obstat: quia, ut ex dictis patet, species intelligibiles sunt principia actuum, ex quibus sunt virtutes intellectuales, ac per hoc dicuntur formales in virtutibus intellectibus, cum quo pater stare, quod non sunt ipsae essentiae virtutum intellectuum, potest & alter exponi illa auctoritas, ut ibi dicitur: sed hoc hic sufficit. Ex his autem clare liquet, quod auctor in hoc opere non declinat modo in hanc modo in illam viam: sed firmiter tenet, quod est simplex qualitas. Ad auctoritatem vero ex tercia parte, q. 12. allatum dicendum est in primis, quod labor est in equivooco: quoniam, ut ibi patet, scientia sumitur ibi prae notitia intellectua habituali, qua cognoscuntur omnia, que possunt lumine intellectus agentis cognosci, nam autem notitiam acquisitam conitas esse unum aggregatione & non simplicitate. hic autem loquimur de aliqua una scientia secundum speciem: unde si tota geometria in nobis per unam solam speciem naturaliter sciretur, & arithmeticę per unam aliam, & Metaphysicę per unam aliam, & sic deinceps, nihil deperit illam processus, qui in illo articulo ex propositionibus eius: & tamen non verteatur in dubium, quod una scientia secundum speciem est etiam simplex qualitas. Probatur hoc quod dixi: quia ex hoc quod post unam speciem generatur alia, augeri dicitur in Christo scientia acquisita secundum essentiam habitus. & vere auctor nihil aliud intendit, nisi quod in Christo fuit augmentationis habitus notitiae secundum essentiam, id est, quod ipsa essentia habitualis notitiae augeatur, & hoc probat, quia per additionem formae ad formam. Et licet haec expositione sit sufficiens, quia est literaris & satisfacit proposto, posset tamen alter dici, quod quia augmentum scientie intensum occultum est, extenuum uero etiam occultum nisi secundum annexam agenerationem specierum intelligibilium, & auctor scientia profectum secundum essentiam diffinguebat contra profectum quo ad effectum: ideo ex una & eadem parte locans habitum scientie secundum se cum speciebus intelligibilibus, & ex alia effectum a notioribus, scilicet speciebus intelligibilibus declaravit profectum scientię in Christo. Et uocavit augmentum secundum essentiam, ut diffinguitur contra effectum, & hoc sufficiebat proposito suo: prima tamen exppositio amplectenda omnino est. Ad auctoritatem autem ex q. de ueritate, & tertio sententiarum, quamvis postea dicit, quod auctor ante compositionem. Summam usus est opinione illa, quod habitus scientificus est ordinatio specierum: sed postmodum in summa proportionem sententiam dixerit: singula tamen auctoritatis lane intelligi possunt, nam in quest. 8. loquitur de particularibus scientiis actualibus id est diuersis demonstrationibus diuersarum conclusionum, ad quas secundum species intelligibiles earum se habet habitus scientie, ut totum ad partes potentiales. Et hoc sufficit ad verificandum illud dictum quasi exemplariter. In qua vero 10. non dicit, quod ordinatio specierum est habitus, sed efficit habitum: quod concedimus, ut pater ex dictis. In q. autem 24. expressus patet, quod recitatue loquitur, & quod nihil illius opinionem recitat ibi approbat, nisi quod species conseruentur, & uis conferuentia sit memoria intellectiva. In tertio deinde sententiarum, dist. 14. dicta & allegata, quanto sint auctoritatis, manifestat ipse auctor in tercia parte, quod. i. arcu. ult. ubi iterum tractans eandem questionem, determinat oppositum. Vnde tu Thomista aduerte, ex hoc, quod intellectus habet singulas species secundum singulas naturas, sequitur quod habeat diuersos habitus ordinantes illas ad diuersa subiecta scibili: non tamen quod ipsa species sint habitus scientifici, sed sunt habitus intellectus incohantes habitum scientie, & partes eius potentiales, ut dictum est. Si enim in intellectu nostro essent *universales formae*, ut sunt in angelis, non oportet iuxta scibi-

ARTIC. III.

F ium species ordinare, sed unica species in totam unam scibilem spe ciem se haberet unico etiā actu sciendi. Et haec de authoritatibus sufficientibus, ex quibus coniunctis huic doctrinae cateras, sique sunt, interpretari posse facile puto. Nunc ad rationes dicendum est allatas & firmatas, ut magis ueritas elucescat. Et ad primam dic-

citur dupliciter, pri-

mò q. illa maxima.

In quemque actu

poteat forma aliqua,

poteat; quilibet emul-

speciei, licet non

æque perfecte: nō est

vera, nec probata, nec

assumpta ab Averni-

ii in formis simplici-

bus secundum scien-

tiam & potestias, qua-

les sunt forma homo

genorum. In formis autem heterogeneorum, quae sunt simplices secundum scientiam, multiplices autem secundum potentiam, falsa est. Manifestum enim est, q. animal modo genitum, & post perfectum, sicut euclidem species specialissime: & tamen perfectum potest in actu generationis, & imperfectum non, unde propria illa sic vniuersaliter est contra Arist. 4. Metheor. ponentem differentiam inter perfectum & imperfectum in hoc, q. perfectum vnumquid est, cum potest generare sibi simile: unde cum habitus sit forma simplex in essentia, & multiplex in potentia, habet enim & species intelligibiles & potestias subiecti ad diuersas confluences ut partes, illas ex parte sui, subiecti suae, consequens est, ut in ipso scientifico habitu locum non habeat proprieta illa: sed in aliquid merito potest perfectus, in quod non potest imperfectus. Deinde dicitur ad maiorem, q. hic est sophisma figura dictiois, quoniam mutatur quid in quantum. Cum n. de monstrationes & conclusiones euclidem scientie sint ordinatae, & una oriatur ex alia, actus sciendi sequentis includit in se perfectionem praecedentis, & addit. Non enim scit, qui resolute nec conclusionem quintam in primam: & sic potest in se quinta conclusionem, est posse in maius scire, quam posse in se primam conclusionem, ac per hoc mutari patet quid in quantum dum sub ly, in quemque actu, subiungit actus tamus.

H Ad secundam dicuntur, quod habere diuersas generationes, corruptiones & intensiones, contingit dupliciter: primo ut si cuiuslibet, quod nullo modo mutetur alterum, & sic transfiguratio realis talum. Alio modo, ut non posse unius esse, nisi in uno alterum redunderet: & sic non infert distinctionem realem illorum. Cum enim animal aliquod augeatur, sic generatur nova quantitas, ut antiqua nouo modo se habeat, & similiter minuitur, & propterea non sequitur. ergo est alia realiter quantitas noua antiqua: & simile est in motu intensionis & remissionis, & sic accidit in habitu scientifico: quia cum generatur scire secunde conclusionis, habitus praecedens extenditur, & econuero minuitur oblitione. Similiter quod intensius augeatur respetu primae conclusionis, & non secundae, perinde est ac simili modo intenderetur in una parte subiecti, & non alia, ut infra

I Ad tertiam rationem dicitur premitendo duo: primum est, q. actus sciendi habitus scientifici sunt duplices, quidam secundum unam & eandem demonstrationem, quidam secundum aliam demonstrationem ac conclusionem, & huius actus scire habent, q. primi sunt omnino euclidem rationis, ut patet secundi autem aliquo modo sunt euclidem rationis, & aliquo modo diuersi, si enim sumuntur in ordine ad diuersas species intelligibiles, a quibus sunt, sic cum species tertie demonstrationis diuersangustus specie a specie secundae, erunt ipsi actus erunt diuersarum rationum, ut uero sumuntur in ordine ad habitum scientificum, & eius formale obiectum, sic sunt unius rationis, sicut & habitus & obiectum sunt unius speciei specialissime. Et licet ad habitum pertineant illi actus utroque modo, quia tamen principaliter & immediate pertinent ad ipsum secundum modum: ideo licet tolerari posse sermo, dicens actus illatos diuersarum ratio num, formalis tamen dicuntur eiusdem rationis cum de unitate habitus est sermo. Secundum est, q. habitus scientificus habet duas latitudines diuersarum rationum, intensum, & extensum, scilicet & extenuum, respondentes duplicitibus supradictis actibus, ita quod quantitas intellectiva eius augeatur ex actibus frequentibus circa idem: identitas uero extenua augeatur ex aduenientibus actibus demonstrantibus circa diuersa, & sicut in formis materialibus calor & latitudines eius intensa & extensa non sunt tres entitates, sed una habens duas conditiones: ita in habitu. Vnde ad rationem dicitur, quod habitus scientificus augeatur per utroque actus, scilicet circa eandem & circa diuersas conclusiones, & q. neutrui augmentationis est terminus aliquia omnia noua entitas, & consequenter nec eundem, nec diuersae rationis: sed antiqua nouo modo se habens secundum latitudines diuersarum rationum. Nam augmentum per

D. 676
per actus circa idem, terminat habitus secundum latitudinem intentiuam. Augmentum vero per actus circa aliud, terminat idem haecius secundum latitudinem extenuam, quam constat conditione esse alterius rationis. Ex hoc autem quod idem habitus haberet, quaque quantitate, non sequitur quod sit compositus ex

duabus rebus diversa rationum, sed una, qd habeat duas quantitates, non modis, sed perfectionis diuersarum rationum identificatas realiter sibi.

¶ Ad quartam rationem dicuntur quod qd qd

habitus scientiarum comparatur ad potestas

intellec[t]us respectu diversarum con-

clusionum, ut partes

subiecti, vt ex 5. Met.

deductum est, consequens est quod habi-

tus perfectus intellectu-

culum secundum poten-

tiam primam conclusionem, non co-

trahetur etiam habi-

tus praeceps dico[n]tio[n]is in eodem intellec-

tu secundum poten-

tiam respectu secun-

dam conclusionis: si

aut alio secundum vi-

viam parvum, non co-

trahatur ingredio eius-

dem, ut est in parte p-

rinqua. Et quoque

hoc manifestum ex ipso motu augmento

exempli. Cui enim

augmentatione exten-

sia ad occupandum nouam loci partem

terminetur in materialibus formis, & scientifici habitus augmen-

tum extenuum ad maiorem perfectionem extenuam eiusdem

terminetur sic quod potentia intellectus respectu nouae conclusio-

nis actuata per ipsum habitum, qua prius non actuabatur: & e[st]

terro, diminuimus ad minorem scientiam terminatur per hoc, quod

potentia in intellectu respectu scire conclusionis subducitur ab

esse sub illo habi. & consequens est ut habitus augmentatione qua-

si occupat novam potentiam, si ut partem potentiae, & diminutione

qua relinquat, ac per hoc, non magis contrahetur habitus, ut per

fic viam potentiam seu partem potentiae, seu potentiam partiali-

ter contrariis habitus, ut occupat aliam potentiam, vel parte, vel

etiam partialiter, quam ut cum e[st] contrario in una parte co-

trarium in altera, proportionaliter namque hec habent in indis-

putabilibus secundum quantitatem molis, partes potentiae, sicut in

rebus materialiter quantitas partis quantitas r[ati]o. Hanc autem pro-

portionem partium potentiae subiecti habitus scientifici ad ipsum

habitum tanti facio. ut si res hinc evenire, quod habitus geo-

metria augeri potest intensu circa quartam conclusionem, &

non erit intensus circa quintam & esset etiam econverto, si quin-

ta non dependet ex quarta. Provenit namque hoc ex eo, qd fre-

quenti actus in ea quartam demonstrationem arguit intensu

habitum, ut per fieri illam parte potentiae intellectus, quia recipit

hanc conclusionem, & non ut perficit aliam: nec ut dictum i[st]a est,

refutat, si fit via & eadem potentia, qm est multa & equalenter, seu

particulariter. Nec sufficeris voluntariam aut chimericam esse hanc

partium potentiae subiecti habitus adiumentationem, si namque scri-

pti per nos auctore nota eris, inuenies inter alia in quarto, o.

art. v. ad v. qd estiam in angelis sunt partes potentiae, in quan-

tum intellectus corum per plures species perficiunt, & noluntas

corum se habet ad plura. quid clariss? Hoc est enim quod dixi-

mus: nam confitit quod inquantum intellectus noster est in po-

tentia ad aliam, & aliam demonstrationem, & conclusionem, est

in potentia ad diuersas species, & ad proportionaliter plura, sicut

voluntas, & hec de quarto, & tota hac materia.

¶ Super questionis quinquagesimaquinta Articulum primum.

I Nar. 1. quest. 55. dubium occurrit ex Scoto in 1. sentent. diff.

170-3. ipse enim putans uitatem moralē ut sic, non dicere

differentiam per se diuisitatem habitus, sed addere super naturam

A habitus relationem conformitatis, seu coexistentialia ad rectum dicatum, tener, qd idem numero habitus immutatus in se, de no virute sit virtus, immo genitus cum ratione erronea, post sit virtus: nec hoc aliter probat, nisi quia habitus abstinentia genitus ex aribus abstinentia elicitus sine praecepta, aut cum erronea ratio-

ne, postmodum adiu-

niente recta ratione,

nulla facta mutatio-

ne circa illam qualita-

tem in se, qua est ha-

bitus abstinentiae, de

non virtute sit uitatu-

s: & posse hoc con-

ficiari, quia non ef-

set opus generari in

illo alium habitum,

ut effet abstinentia.

Hac autem positio re-

pugnat & de cetera

authoris, & veritati

authoris quidem, quia

aperte in hac questione, quam de essentia

virtutis vocat, diuide-

dendo tractant hunc,

postquam tractant

de habitu, ponit uitatu-

m, ut sic, effet habi-

tum, ut in hoc patet

art. & in ult. artic. ex-

prefecte dicit, qd ha-

bitus est genus pro-

prium uitatus: dia. 27. ar. 1. Et

quorum nihil effet

verum, si uitatus mo-

ralis ut sic, adueniret

huc habitu mutato,

ut patet. Veritatis au-

tem: quia habitus il-

le, qui est virtus mo-

ralis, habituat appeti-

ti ad lequelam rationis ex sua essentia.

Ad cuius evidentiam

prima est de ratione

recta. Secundo: quae est recta ratio medij uitatus moralis; ut patet

in 2. Ethic. ex definitione uitatus. Constat autem quod attingere

medium est finis proprii moralis uitatus. Secunda est de effe-

ctu formalis ipsius habitus qui vocatur uitatus moralis: dupliciter

enim intelligitur. Primo, ut ex sua essentia habitus ille reddat ap-

petitum habituatum ad actum, & non plus, v.g. abstinentia ad ab-

stinentium. Secundo, ut reddat appetitum habituatum ad actum

cum omnibus eius conditionibus sua latitudinis, scilicet ad ab-

stinentiam quando, vb., sicut, propter quid &c. oportet exitimare

habitus huiusmodi natura esse primo modo, fuit causa illius Scote

phantasiae: diffo[n]ire autem huiusmodi habitus naturam secun-

do modo, est ratio veritatis, nih[il] enim appetitus ex natura habitus

temperantia habituatus est, & iam per modum naturae determi-

natus ad abstinentiam propter bonum rationis quando, ubi, sicut,

quantum ratio expoicit, iam appetitus non est ex tali habitu fa-

cetus, quia naturaliter obsequens rationi: & sequeretur quod ha-

bens habitus temperantia, habet appetitum pugnantem contra

rationem secundum circumstantias & finem proprium, quod est

contra Philopophilum & veritatem. 7. Ethic. & sequeretur quod om-

nes uitutes morales essent scientie, iuxta opinionem Stoicorum;

& breuerit hoc destruit moralem bonitatem, & potes ratione ci-

ri contra hancphantasiam sic. Habitus ille, puta abstinentia, qui

apud te generatus est ex actibus eliciti ex ratione erronea op-

ositam prudenter, & postmodum in uitatus moralis immutatus

in se, aut inclinat ex se ad actus similes prioribus, aut dissimiles:

non dissimiles, ut patet. ergo ad similes: sed similes sunt uitiosi,

quia erronea ratio non excusat, ergo. Praterea actus ille, ad

quem inclinat talis habitus, aut est ad medium in tali materia,

aut ad extrema: si ad medium, est secundum se uera uitrus mor-

alis, quia sibi conuenit tota diffinitio uitatus date 2. Ethic. sci-

licet, Habitus electivus immediate consiliens &c. Si ad extre-

ma, ergo est uitium, ut patet ibi. Ut uitium autem nunquam

tran-